VII.

Aus der Chronica Thuringorum auctore Praedicatore Isenacensi.

Bayr. Staatsbibliothek Cod. Nr. 593 fol. 9.

Vgl. S. 26.

De conflictu contra Bohemos et multorum interfectione. Anno domini 1426 dominica quarta post festum sanctae trinitatis convenit maxima multitudo Thuringorum atque Misnensium contra Bohemos, qui obsederunt civitatem Vßig. Unde et Thuringi et Misnenses volentes eos pellere de civitate, et sic inierunt conflictum magnum. Et Thuringi fuerunt primi in acie belli. Sed quia per ordinationem exiit clamor mirabilis, quod omnes Christiani deberent inire fugam, quod et fecerunt. Et illam subordinationem fecit dominus Bosse Vicedominus, unde et illa fuga tam grandis erat, quo dnullus altari acquiescere volebat. Et in fuga interfecti fuerunt 7000 virorum ab utraque parte et signanter de multitudine Thuringie plures ceciderunt, quia fuerunt magis animosi, resistere volentes adversariis; sed quia evaserunt, nec arma nec equos secum portare potuerunt. Hoc videntes Christiani exiverunt de ista civitate, quod in bello succubuerunt, et incendiis eam devastaverunt. Item de Saltza ibidem fuerunt interfecti 114 viri. Subscripti etiam nobiles burcgravius de Missen, comes de Schwartzborg junior, de Schonberg, Hartenstein, Pincerna de Domj junior, Russe von Grochtz, comes de Quertwart, comes Ernestus de Glichen, Fridericus de Glichen comes, Fridericus Bichelingen, Otto Pflug junior et frater suus, duo filii domini Nicolai Pflug, dominus Johannes de Waldaw, Vitus et Gotze de Wulffisdorff, Bosse Schenck de Thutenberg, dominus Jacobus de Wangenheim, Ditricus Witzleubin, Ludwig von Butheniß, Ludwig von Ersttete, Apel von Brise, Apel von Staterheim et unus de Cregeberg et plures alii militares et nobiles. Etiam tali tempore tantus calor extitit, ita quod bene tot ex nimio calore perierunt, sicut per hostes interfecti fuerunt.

VIII.

Landesbibliothek Dresden Mspt. H 170^{m} fol. 77.

Vgl. S. 26.

De bello magno prope Vßgk. Anno domini M⁰ cccc⁰ XXVI in die sancti Viti, que erat in dominica. Daselbist waz eyn groß zcogk uff dy Behemen von Sachßin, von Missenern unde von den Doringen. Da wart eyn strit beruffin uff sontag Viti vor Ußgk, unde den strit gewonnen dy Behemen met vergunst ettlicher, den daz cristenheer entpholn waz, so daz dy Sachßin, Myssener unde Doringe worden fluchtig. Unde eß worden in deme strite unde in der flucht wol zcehen graven unde banyrheren uß deme lande zcu Doringen und Missen erslaegin. Danne alle dy heren unde guten lute, dy den tag vor und by dem banyr waren, blebin tot unde darczu maning hundert man von rittern, edeln luten, auch uß den stetin von burgern unde dorffluten. Da worden dy Behemen so torstig, daz sy darnach obir walt czogin unde großin schadin tatin an sloßen, stetin, dorffin, kerchin, an werntlichin unde geystlichin luten, wanne sy nymanden vorschonetin.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden